




V, 82.

2.4172







AN CVRII REGNITIANI  
CVRIAM REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. I

VT. AD  
SERENISSIMORVM. CLEMENTISSIMORVM. Q  
**FRIDERICORVM**  
NOSTRORVM  
DIEM. NOMINALEM  
D. V. MART. CCCLIII  
IN. ILLVSTRI. CVRIANO  
ADOLESCENTI. BONAE. INDOLIS  
**CAROLO. FRIDERICO. KIRSCHNERO**  
NEMMERSDORFOFRANCO  
CARMINE. VERNACVLO  
NOMINVM. PRINCIPVM. IN. FASTIS. CORVSCANTIVM  
RATIONES. REDDENTI  
CELEBRANDVM  
**CVRIAEC. PROCERES. CIVES. Q**  
RITE. INVITET  
EIVSDEM. RECTOR  
**PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS**  
A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIUS  
BRANDENBURGOFRANCONICAE. CRIMINALIS  
CONSTITVTIONIS. FATA  
POST. ILLVM. RECENSITVRVS

CVRIAEC. REGNITIANAE  
LITERIS, IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN, TYP

## PROOEMIVM.

**S**unt, qui fastidunt quasi crambem a me ipso excogitatum atque, nescio qua re, vel in fronte cunctorum meorum repetitam *Curiam Regnitianam*, in nullis tamen non veterum monumentis, documentis et sigillis ita cognominatam. 1.) Aegre ferunt, de more auorum proauorumque suorum eam *Vari-scorum*, *Nariscorum Noriscorumque* mihi alienigenae haud cognominari. 2.) Postulant hi, quid quid antiqua redolet, cetera naufragantes, nomen huic aequale, qua si Curia eorum iam extiterit prisorum Romanorum aeuo, quae tamen vix sit aetatis quinque aut sex seculorum. 3.) En, si tantus antiquitatis amor, aliquid! *Hermundurorum*, iuxta quos olim egerunt *Narsi* 4.) ab ipsis semper in ore habiti. Dent modo, ut probem. Fiat hoc quatuor capitibus. Inquiratur I. QVIBVS HERMVNDVRI? II. VNDE HERMVNDVRORVM NOMEN? III. QVAE TERRA HERMVNDVRORVM? IIII. AN CVRIA COGNOMINANDA HERMVNDVRORVM? Cum autem ex Stoicorum optimi 5.) monitu maius agnoscitur facilius, si discessit in partes; ea denuo secabuntur e re nata, quorum cuique praefigam rerum capita, ut iam statim declaretur, quid quoque quaeri inuenirique possit.



## Caput

1.) Cuius rationem reddidi quinque abhinc annis semel Cur Curia cognominatur Regnitiana, deinde Vnde Curia cognominatur Regnitiana, tertium Ex quibus Regnitii Curia cognominatur Regnitiana, differens.

2.) Ad quem modum nullo iure cognominari Curiam nostram docui ante octo annos totidem tabulis, quot istorum cognominum, quas in compendium missas, si iis legendis non vacas aut deficiis, dabit Analectorum meorum Brandenburgicorum

Pars II. Cap. I. §. 59. p. 149 seqq.

3.) Quibus antiquorem ne venditat quidem Curiam suam ipse Liuius alter Curianus, qui a primordio virbis nostrae res eius perscripsit, Widmannus, ceu indicatum iam Lairito de Origin. Vrb. Cur. p. 9. Planero Hist. Varise. P. II. §. XII. mihi ipsi de Incend. Curian. Cap. p. 12. et in Analect. P. II. Cap. I. §. 1. p. 2.

4.) Teste Cornelio in Germania Cap. XXXXII. princ. infra §. III. producendo.

5.) Senecae Epist. LXXXVIII.

Caput I.  
QVIBVS HERMVNDVRI?

HERMVNDVRI prodeunt in scenam antiquissimis suo, recentioribus plerisque gentis suae, cuius natio sunt, nomine SVEORVM. Duo igitur sunt momenta, quae confundere nolui, vt, cui libet, liberum sit suffragium. Reuocabo autem vtrumque ad temporum feriem, vt inde emergant annales, quoad fieri potest, Hermunduriani. Describam integra, vt ad sequentia paratas habeam fruges.

## Sectio I.

## QVIBVS HERMVNDVRQRVM NOMEN?

Hermundurorum nomen praefant nunc terram situs picturi nunc res gestas texturi. Iam prodeant illi, proxime hi.

## Intersectio I.

## QVIBVS GEOGRAPHIAE ERGO HERMVNDVRI?

## Index dictorum.

- §. I. Christo nascituro STRABONI.
- §. II. Circa A. A. C. N. LXXVI. PLINIO.
- §. III. A. LXXXVIII. TACITO.
- §. III. Circa A. CXXXVIII. PTOLEMAEO.
- §. V. Circa A. CCCLXXX. THEODOSIANAE tabulae.

## §. I.

Primus omnium est STRABO Romae Augusto et Tiberio imperantibus 1.) scribens: 2.) Πλὴν τὰ γε τῶν Σουῆνων 3.) ὡς ἔφην ἐθνη, τὰ μὲν ἑτοῖς ὥκει, τὰ δὲ ἕκτος τοῦ δρυμοῦ (τοῦ Ἐρυνίου). - - - 4.) Μέγιστον μὲν τὸ τοῦ Σουῆνων ἔθνος δῆκει γαρ απὸ τοῦ Ρήγου μέχρι τοῦ "ΑΛΕΞΙΟΥ" 5.) μέρος δέ τι αὐτῶν, καὶ πέραν τοῦ "ΑΛΕΞΙΟΣ" νέμεται,

A 2

καθά-

- 1.) Quod docuit Fabricius Biblioth. Gr. Lib. III. Cap. I. §. I.
- 2.) Γεωγραφ. Lib. VII. p. 445. sq.
- 3.) Σουῆνων legendum ex decreto Cluverii in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXI. p. 617.

- 4.) Quae consulto omisi ad Hermunduros meos nihil facientia atque insuper in mendo cubantia adeo, vt exercerent Cluverium l. c.
- 5.) Quam in rem infra Capite III. plura proferam.

καθάπερ ΕΥΜΟΝΔΟΡΟΙ καὶ Δαγκόσταργοι 6.) νῦν δὲ καὶ τελέως εἰς τὴν περαιάν οὗτοί γε ἐκπεπλάκατο Φεύγοντες. Κοινὸν δ' ἔσιν ἀπασὶ τοῖς ταύτῃ, τὸ περὶ τὰς μεταναστήσεις εὐμάρες, διὰ τὸν λιτότητα τοῦ Βίου, καὶ διὰ τὸ μὴ γενργεῖν, οὐδὲ Θησαυρίζειν, ἀλλ' ἐν καλυκίοις οἰκεῖ ἐφήμερον ἔχοντι παρασκευήν τροφὴ δ' ἀπὸ τῶν θρεψιδῶν η̄ πλείση, 7.) καθάπου τοῖς Νομοδών̄ ὡς τὸ ἑκείνους μημονέμενον, τὰ οἰκεῖα ταῖς αἴμασις ἐπδεγντες, ὅποι ἀν δέῃ τρέπονται μετὰ τῶν θεοκηράτων. 8.) Vbi vero, dixeris, Hermunduri? Respice aliquantum proprius librarios sequioris aei subinde imperitiores, 9.) quibus Graecas figurās quo modo pingere pene summa eruditio; facile tibi persuaseris, quam facile pristinæ scribendi rationis experti et tam quam u adparuerit. Adiicies igitur album calcum Strabonis interpretibus 10.) illud in huius locum surrogantibus,

non

6.) Qui Δαγκόβαρδοι sive Δαγγόβαρδοι scribendi, in quibus librarius facile aberrare potuit, et iure suo restituendi subimponentibus Casaubono ad h. l. Cluverio Cap. XXVI, p. 603, dicti libri, Schoetgenio in Diplom. Nachles. von Ober-Sachsen P. I. p. 2. V. Cel. Christio Origin. Langobard. p. 36.

7.) Interpretē Cornelio de Situ Moribus et Populis Germaniae Cap. XXIII, n. 2. *Cibi simplices - - re-cens fera et lac concretum.* Adde Melam de Situ Orbis Lib. III. Cap. III. Caesarem de Bell. Gall. Lib. IIII. Cap. I. n. 8. et Lib. VI. Cap. XXII. princ. quorum aliquos indicauit Her-tius Notit. Vet. Germ. Pop. P. I. Cap. III. §. VII. vt et Cleffelius Antiquitat. German. Cap. X. §. II. p. 352.

8.) Huc usque enim delcribi Hermunduros obseruavit Schoetgenius l. c. p. 3. seq. vindicaturus manes

geographi ab iniuria, qua adficiabantur ab Arnoldo de Hermunduris, quo cum tamen faciunt Clunerius Cap. XXVIII, p. 607. Spenerus German. Antiq. Lib. V. Cap. VI. §. II. nota(v) p. 121. Leibnitius ad Tacit. German. Cap. XXXXI. Ill. Wideburgius de Pagis Vet. Misniae §. I. nota b) in calce Antiquitat. Burggrauiat. Misnic. P. II. p. 116. Generosissimus de Falkenstein in Antiquitat. et Memorablem, Nordgau. Vet. Part. I. Cap. I. §. III. p. 4. seq.

9.) De quo, est, quod querantur saepius Muretus Variar. Lect. Lib. II. Cap. XXVI. Lib. XV. Cap. VIII. et XVI. ac Heumannus V. Cel. de Arte Critica §. VII. seqq.

10.) Xylandro et Casaubono perinde ac Cluverio Germ. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII, p. 609. Colero ad Tacit. German. Cap. XXXXI. Spenero Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap.

non tamen aequae secundae et tertiae eiusdem vocis syllabae v inferenti atque Ἐγμονίδειοι legenti, 11.) secus ac istis, 12.) qui Ἐγμόνδειοι vulgato proprius postliminio reduxerunt. Noc enim vt adoptem, 13.) non vna est ratio, quam quam ceteri 14.) Hermunduros exarauerunt. Quo enim longius iueris retro per aetates Atticae linguae, eo parcus comparebit diphthongus *uv*, 15.) Et cui ingens discrimen τῶν ο et *u* vocalium vicinarum facile confundendrum, 16.) nisi curatius pronunciant? Quid? quod Dionysii Halicarnassi Ρότολοι sunt Latinorum *Rutuli*, Κοριδτοι *Curiati*, Νομᾶς *Numa*. 17.) Si vero quidquam nouandum, quo tamen supercedeas, receptae lectioni minorem vim inferes, si vtrique ο substituas *v*, cui Latinorum *u* respondere, 18.) quis est vtriusque linguae adeo rudit, vt nesciat. 19.) Si autem de spiritu, quem nostri grammatici asperum hic desiderant, vt sono viridiori vegetiorique 20.) *Hermunduri* Latinorum scriptorum audiantur, litem moueas; proderes te ignorare, esse hoc recentius inuentum, quod a membra-

A 3 nis

VI. §. II. p. 121. Schumachero de Antiquissimo Vrbis Grimae Statu

§. V. p. 7.

11.) Xylandro ad ista Straboniana.

12.) Modo nota 10. adpellatis.

13.) Secutus vestigia Cluuerii antea laudati.

14.) In sequentibus producendis.

15.) Quod vel arguit venerandum illud antiqui orbis monumentum Graecum Gruteri Inscript. Tom. I. p. XXVII. N. 1. iuris publici factum.

16.) De quo dubitantem firmabunt Vosius de Art. Grammat. Lib II. Cap. XII. et XIII. et Funcius de Adolescentia Latinae Linguae Cap. VII. §. XXVIII.

17.) In tempore me monente Rortello de Arte sine Ratione Corri-

gendi Antiquorum Libros nuper Norimbergae recusa p. 83.

18.) Me vellicante eodem Vossio Cap. XII. cum Sanctio in Minerua sua Lib. IIII. Cap. XVI. N. V. et Cellario Orthogr. Lat. p. 3.

19.) Nelcuerit tamen eiusdem Strabonis librarius paullo post Βεύκτεροι pro Βεύκτεροι exarans, cui respondet ex asse Latinorum *Bruderi*, quod si accipis, non opus fuit Clunierio Germ. Antiq. Lib. III. Cap. XIII. p. 551, et Cap. XVIII. p. 581. inferto ε obtrudere Βεύκτεροι, quod quidem non minus arrisit Monimentorum Paderbornensem Eminentissimo conditori p. 53.

20.) Qui est vsus τοῦ *h* ex effato Auli mei Noct. Attic. Lib. II. Cap. III.

nis vetustis aequa ac accentus 21.) exsulant. Sane in Iornande caret ista natio adspiratione. 22.)

### §. II.

Succedit PLINIVS maior circa annum LXXVI. 1.) haec scribens: 2.) Mediterranei 3.) Hermiones, 4.) quorum Sueui, 5.) Hermunduri, Chatti, Cherufci.

### §. III.

Omnium plurima suggesterit TACITVS 1.) anno LXXXVIII. post Christum natum: 2.) Et haec quidem (Semnones et Longobardi) pars Sueorum in secretiora Germaniae porrigitur, propior, ut quo modo paulo ante Rhenum, sic nunc Danubium sequar, Hermundurorum ciuitas, fida 3.) Romanis, eoque solis Germanorum non in ripa 4.) commer-

21.) Ut vel Magnificus rei sacrae Wittebergenium Praeful, adhuc Fautor noster longe humanissimus, Hofmannus de Genuina Linguae Graecae Modulatione sine Accentibus Commentatione limatissima docuit.

22.) Quod infra Intersect. II. §. VII. patet faciet.

§. II. 1.) Quod conieceris iam ex Praefatione Operis Naturalis. Pluribus hunc annum adstruit Fabricius Biblioth. Latin. Vet. Lib. II. Cap. XIII.

§. III. Supplementorum maxime.  
2.) Hist. Natur. Lib. IIII. Cap. XIII.

3.) Quae olim luxata Phoebo propitio iunxit, quod scio, primus Cluverius German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXXVI. p. 700. suffragante nullo non.

4.) De quibus insequentis Capitis II. Sectione I, plura.

5.) Secus ac Tacitus §o sequenti, Hermunduros in Sueuis referens, quod iam notauit Cellarius Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. III. §. LXXXIII. Forte tamen vterque sibi in vicem conciliandus, si iis locum relinquas, quae sequente Sectione II. Intersect. I. §. X. congesisti.

§. III. 1.) In Germania sua Cap. XXXXI. tot. et XXXXII. princ.

2.) Quod ipse coniicias ex istius libelli Cap. XXXVII. n. 3. Videbis Fabricium Biblioth. Latin. Vet. Lib. II. Cap. XXI. §. I. et V. Supplementorum in primis.

3.) Sed aliquanto post infida, quod doceant §i V. et VI. Intersect. II.

4.) Rheni, puta, quia clade Variana factum, ut imperium Romanum, quod in litore oceani non steterat, in ripa Rheni fluminis staret, teste Floro Rer. Rom. Lib. III. Cap. XII. n. 39. Haec ripa,

*commercium sed penitus atque in splendidissima Raetiae prouinciae colonia passim et sine custode transeunt, et, cum ceteris gentibus arma modo castra que nostra ostendamus, his domos villasque patefecimus non concupiscentibus. In Hermunduris Albis oritur, 5.) flumen inclutum et notum olim, 6.) nunc tantum auditur. Iuxta Hermunduros Narisci, 7.) ac deinde Marcomanni et Quadi agunt.*

§. III.

Claudiusne PTOLEMAEVS diligentissimus geographus circa annum cxxxviii. maxime florens 1.) nihil consignauerit de gente tam nobili? Si Cluierium 2.) et Spenerum 3.) audieris, eius 4.) Δανδοῦτοι 5.) sunt in Εγεσίνδουροι fauente locorum situ reformati;

si vel *Rheni* non adiectum, vt Cap. III. n. 3. Cap. XXVIII. n. 3. est tamen ea vsque quaque illi per Germaniam suam, quem ad modum Cap. XVII. n. 3. Cap. XXIII. n. 2. Cap. XXVIII. n. 1. immo et Cap. XXXVII. n. 2. qui locus interpretibus tantum fecit negotii. Ipse enim verborum suorum optimus interpres Cap. XXVIII. n. 3. *Proculit*, inquit, *magnitudo populi Romani vltra Rhenum vtrisque veteres terminos imperii reverentiam*. Hinc lex *Ripuariorum*, quae fuit *Rheni accoliarum*, quod bene monuit Eccardus diligenterfimus eius legis vocum antiquarum enarrator ad istius capit. Facesat se igitur hinc Mollerij Theatri Freibergensis Chronicj Sect. I. Cap. II. extr. p. 15, interpretamen-  
tum *Donaw.*

50) Quis horum verborum sensus, disputabitur infra Capite IIII.

6.) Respicit fine dubio ad Strabo-

nem supra §. I. et Velleium Inter-  
fект. II. §. I. descriptos.

7.) Quibus ad Nabum in Palatina-  
tu superiori praebui sedem , post  
quam sedibus exsui , quas vulgus illis  
hic locorum posuerat , ut in limine  
huius tabulae monui .

§. III. 1.) Vide Fabricium Biblioth. Gr. Lib. III. Cap. XIII. §. I. et Eccardum de Orig. German. Lib. II. §. LXVIII. p. 417. seqq.

2.) German. Antiq. Lib. III. Cap.  
XXVIII. p. 609.

3.) Notit. German. Antiq. Lib. V.  
Cap. VI. §. II. p. 121. in nota sub-  
iuncta.

4.) ΓεωγραΦ. ΥΦηγήσ. Lib. II.  
Cap. XI.

5) Qua lectione haud sollicitata  
Hennebergam Dandutis adsignata  
Pirkheimerus de Locis German. in  
Schardii Script. Rer. Germ. Tom. I.  
p. 209. improbante Weinrichio de  
Primis Tractus Hennebergensis In-

si vero Abelium 6.) et de Falkenstein, 7.) eiusdem *Toučawoi* siue *Tiγγεοι* erunt Hermunduri per aphaeresin duarum priorum syllabarum nati. En tibi ipsa ista verba suo ordinē: Κατέχουσι δὲ τῆς Γερμανίας, τὰ μὲν παρὰ τὸν Ῥήγον πλακόν αἰχθόμενος αἴπ' ἄρκτων, οἱ τε Βουστάλεροι ὁ μικρῷ, καὶ οἱ Συνγγάμεροι, υφὲ οὓς οἱ Σούεξοι Λαγγο-Σερδοι· εἴ τα ΤΙΓΓΡΟΙ καὶ Ιγγείων, μέλαχνοι τε Ῥήγου καὶ τῶν αἰκυνο-ετῶν ὄρεων. Et paucis interiectis: Πάλιν αἴπ' αἰνατολῶν μὲν τῶν αἰνεῖσιν ὄρῶν οἰκουσιν ὑπὲρ τοὺς Συνήσους Καστούαργοι· εἴ τα Νερτερέαντες· εἴ τα ΔΑΝΔΟΪΤΟΙ· υφὲ οὓς Τοτρώνοι καὶ Μαρκούγοι· ὑπὸ δὲ τοὺς Καμαυτοῖς, Χάτται καὶ Τούεντοι.

## §. V.

Quoniam in Tabula THEODOSIANA, 1.) quae vulgo PEV-TINGERIANA inscribitur, 2.) ultra Danubium in Germania magna legitur DVR exesis literis antecedentibus et consequentibus; 3.) Bertio 4.) non dubium est, quin significentur Hermunduri.

Ita vero hoc nomen adhuc imperante Theodosio 5.) circa annum CCCLXXX, superstes fuerit,

colis et Pagis p. 4. seqq. Osterlandi-  
am vero Albinus Meissn. Landt-  
Chron. Tit. III. p. 46.

6.) In Antiquitat. German. et  
Saxon. Lib. I. Cap. II. §. 23. p. 426.

7.) In Antiquitat. et Memorabil.  
Nordgau. Vet. P. I. Cap. I. §. IIII.  
p. 7.

§. V. 1.) In Operibus Velsieri  
P. 742.


2.) Cuius causam adulit Cl. Lot-  
terus peculiari disputatione Lipsiae  
A. ccccxxxii. habita.

3.) An et in genuino exemplo, quod  
Bibliotheca Vindobonensis Caesarea  
custodit, adfirmare nequeo, quia

non dum mihi comparaui pretiosissi-  
mum opus inde a Generosissimo  
Francisco Christophoro a Scheyb  
procuratum nuperrime communi ad-  
plausu.

4.) Rer. German. Lib. I. Cap.  
XXIII. in Velseri Opus p. 783. trans-  
scriptio.

5.) Cuius seculo vindicarunt hanc  
membranam pedem Germanicum  
fere latam et viginti duo longam  
iam olim Velserus in Praefatione ad  
eam tabulam Oper. p. 713. Lotte-  
rus de Tabula Peutingeriana Cap. VIII.  
p. 20. et nuperrime Gen. a Scheyb  
Prolegom. Cap. II.



464473

KD 18

ULB Halle  
006 302 904


3



2c







Farbkarte #13

CVRIAM M  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. I

---

VT. AD  
SERENISSIMORVM. CLEMENTISSIMORVM. Q  
**FRIDERICORVM**  
NOSTRORVM  
DIEM. NOMINALEM  
D. V. MART. CCCLIII  
IN. ILLVSTRI. CVRIANO  
ADOLESCENTI. BONAE. INDOLIS  
**CAROLO. FRIDERICO. KIRSCHNERO**  
NEMMERSDORFOFRANCO  
CARMINE. VERNACVLO  
NOMINV. PRINCIPVM. IN. FASTIS. CORVSCANTIVM  
RATIONES. REDDENTI  
CELEBRANDVM  
**CVRIAEC. PROCERES. CIVES. Q**  
RITE. INVITET  
EIVSDEM. RECTOR  
**PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIUS**  
A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIUS  
BRANDENBURGOFRANCONICAE. CRIMINALIS  
CONSTITUTIONIS. FATA  
POST. ILLVM. RECENSITVRVS

---

CVRIAEC. REGNITIANAE  
LITERIS, IOANNIS, ANDREEAE, HETSCHELII  
GYMN, TYP